

Lateranensi Concil, alias q̄ prouissio vel col-  
latio facta ònino irritet. Vbi notandum illud  
verbum per se ipsos, vt non sufficiat Curato  
suum officium per alium exercere: si autem  
non habet scientiâ aut sufficientem peritiam  
linguarum, non potest per se officium Paro-  
chi exercere: puta prædicare, Sacramenta ad-  
ministrare, & eorum virtutem propalare. Vi-  
de cap. Licet. de Elec*t*i. in. 6. & ca. Quia  
nonnulli. de Clericis non resid. Ex quo pa-  
tet, q̄ qui nescit Indorum linguam, non po-  
test esse Curatus, quia nō potest perse ipsum  
curam istâ exercere. Item cap. Quoniam  
de Officio Ordina, Inno. 3. præcipit q̄ quādo  
per mixi sunt populi diuersarum linguarū.  
Pontifices prouideāt de viris idoneis, qui se-  
cundum diuersitatem rituum, & linguarum  
debite illis diuina officia celebrent, & Ec-  
clesiastica Sacramenta ministrent: instruen-  
do eos verbo pariter & exemplo. Et regula  
cancelariæ Rotæ Romanæ in regula de idio-  
mate statuit [vt habes apud Ludouictum Go-  
mes. pag. 230] q̄ is, qui Ecclesiæ parochiali  
prouidetur, nisi intelligat, & intelligenter  
loquatur idiomaloci, vbi Ecclesia huinsmo-  
di consistit, prouissio, seu mandatum, & gra-

tia